quidem baptizauit aqua · uos autem baptizabimini spūscō · Si er
go eandem gratiam dedit illis dꝰ sicut & nobis qui credidimus in
dnm̄ ihm̄ xpm̄ · ego quis eram qui possim prohibere dm̄ · ne daret
illis spm̄ scm̄ credentibus in nomine ihū xpi · his auditis tacue
runt · & glorificauerunt dm̄ dicentes · Ergo & gentibus dꝰ paeni
tentiam aduitam dedit ·

xxxiii Et illi quidem · qui dispersi fuerant · a tribulatione quae facta
fuerat sub stephano · perambulauerunt usque foenicem · & cy
prum · & antiochiam · nemini loquentes uerbum nisi solis iu
daeis · Erant autem quidam ex eis uiri cypri & cyrenei · Qui cum
introissent antiochiam · loquebantur · & ad grecos · adnuntian
tes dnm̄ ihm̄ · & erat manus dn̄i cum eis · multusque numerus
credentium conuersus est ad dn̄m · Peruenit autem sermo ad
aures ecclesiae quae erat hierosolymis super istis · & miserunt
barnaban usque antiochiam · Qui cum peruenisset & uidisset
gratiam dī · gauisus est · & hortabatur omnes proposito cor
dis permanere in dn̄o · quia erat uir bonus & plenus spūscō &
fide · & apposita est turba multa dn̄o · Profectus est autem
tharsum · ut quaereret saulum · Quem cum inuenisset per
duxit antiochiam · & annum totum conuersati sunt in eccle
sia · & docuerunt turbam multam · ita ut cognominarentur
primum antiochia discipuli xpiani

xxxiiii In his autem diebus · superuenerunt ab hierusolymis prophe
tae antiochiam · & surgens unus ex eis nomine agabus · signi
ficabat per spm̄ famem magnam futuram in uniuerso orbe
terrarum · quae facta est sub claudio · Discipuli autem pro
ut quisque habebat · ꝓposuerunt in ministerium mittere

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
WÜRTTEMBERGISCHE LANDESBIBLIOTHEK STUTTGART
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Württembergische Landesbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/wlb_codbiblfol80/0196